



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium  
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias  
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,  
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Paradisus, Regnum Dei. Gradus 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](#)

erit terminus Divini Amoris & Charitatis, communis  
throneum Glorie cum patibulo crucis, abscondere  
vestram sub umbrâ nostrâ infirmitatis. Erat in  
sua Deus, & speciosissimus, & innocentissimus,  
potentissimus: nihilominus putavimus eum quasi  
nigrum, & percutsum à Deo, & humiliatum: at semper, Isai. l. c. 11.  
ubique pulcher erat, ut notat S. Bernardus: Pulcher  
majestate, pulcher in infirmitate, pulcher in Cruce, &  
pulcher in luce Gloria.

## PARADISUS,

*Regnum DEI.*

XXI.

*Regnum Dei, Regnum beatum.*

Quia per gloriam Deus perfectè regnat in Beatis totius domino in pacificâ & quietâ possessione. Quam-  
rem Regnum Dei in celis est monarchicum, quia  
nec regnat Diabolus, nec peccatum, neque caro;  
solus Deus, qui est omnia in omnibus. O felicissimum S. Apostolus!  
Regnum! locus paci & quietis, locus securitatis, locus ex-  
altationis, admirationis & stuporis. Adveniat, Domine, S. Bern.

Regnum tuum, & non veniat solum, te rogo, sed subito serm. 33. in  
adveniat, & advolet: Obseruo, Domine, adveniat Cant.

advoles Regnum tuum, ait D. Augustinus. Quia S. Aug. lib.  
post renuncio, & detestor quocunque aliud despicul-  
regnum: Posside nos, & regna supernos, nunc &c. 3.  
per Gratiam, & postea per S. Bern.

Gloriam.

H 3

XXII.

XXII.

*Regnum Dei, Regnum Amoris.*

*S. Aug. lib.* Duo habet regna Deus : *Regnum Potestatis & Regnum*  
*33. qq. q. 69 ritatis.* Primo regno comprehenduntur omnes  
 boni & mali , & beati & damnati , quia de omnibus  
 iuxta arbitrium suum disponere potest ; aliis secundis  
 regno annumerantur & inscribuntur soli boni ,  
 prædestinati , & animæ beatæ in celis existentes  
 quia voluntariæ & per Charitatem se subiiciunt  
 Supplicabis Deo , quatenus te primo regno  
 scriptum ad secundum quoque admittere dignatus  
 ad Regnum Charitatis & Amoris , quod ibi a  
 choatur in terrâ , & lumine Glorie terminatur  
 in celo.

XXIII.

*Regnum Dei, Regnum Regum.*

*Q*uia omnes , quotquot beato illo comprehenderentur regno , regio sunt coronati diademate : Nullus  
 perperuâ caput amplectente coronâ . *Quandoque*  
*S. Aug. mo-*  
*dit. c. 22.* Christus D. N. non Rex duntaxat , sed Rex Regum  
*Apoc. c. 5.* est & dicitur , & Beati simul sunt Reges & So-  
*S. Ansel. ep.* dores . *Fecisti nos Deo nostro Regnum & Sa-*  
*l. ad Hug.* Et hac potiuotur dignitate propter perfectam re-  
 tatum unionem inter se & cum Deo . *Sanguinem*  
*perfecti Reges :* quia , quod singuli volunt , bene-  
*G*omnes simul cum Deo unus Rex , & quia unus  
 homo : quia omnes unum volunt , & quid  
 volunt , erit .

## XXIV.

*Regnum Dei Regnum sine fine.*

Regnum eius in secula saeculorum: & Regni eius non Tob. 13. in fini. Enimvero Regnum est, quod sub dominio Symb. protectione Dei degit, & nulla est vis creata, quæ versus illud prævaleat; aut ei resistat. Quia de qua de Regno Sanctorum dicitur: Erit corona gloria Isa. 62. manu Domini, sub tutela & protectione Domini: S.Thom. propterea Regnum stabile & securum est nullis intulionibus, assulcibus & prodictionibus expositum, Regnum aeternum & perpetuum. Regnum omnium saeculorum.

## XXV.

*Regnum Dei, Regnum universale.*

Quia Sancti & Beati in cœlo regnant in seipsis, in Deo, & in creaturis. In seipsis, propter perfectum S. Ansel. dominium suarum passionum: in Deo, quia sunt quasi omnipotentes in voluntate sua: & in creaturis, quia sunt superiores iis, & nulli subjecti. Quapropter Apoc. c. 5. merito dicunt: Fecisti nos Deo nostro regnum: constitui nos Reges, quia regnamus in Deo, & regnamus super terram. Regnabimus primo, in terra propriæ carnis: secundo, in terra viventium, totiusque Universi.



## H 4 PARA.